CCCXVII.

König Rudolph bezeugt, dass Graf Ludwig von Oettingen und Maria, dessen Gemahlin, nach empfangener Mitgift, auf alle Ansprüche an Burggraf Friedrich verzichtet haben.

15. August 1287.

Nos Rudolfus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus, ad Vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod pro nobili viro *Friderico Burcgrauio de Nurenberch*, dilecto nostro fideli, expediuimus in totum spectabilem virum Ludwicum Comitem de Otingen de mille marcis argenti,*) in quibus predictus Burcgrauius eidem Ludwico et domine *Marie* vxori sue dotis nomine tenebatur, ita, quod nec ipsi Ludwico, nec sue vxori predictis, nec liberis eorumdem contra prefatum Burcgrauium aut suos heredes pro eisdem quicquam competit actionis. Insuper nobis presentibus prenominati Ludwicus Comes, *Maria* Comitissa vxor sua, necnon liberi eorumdem renunciauerunt omni iuri, quod ipsis ex successione hereditaria, vel alio quocunque modo in quibuscunque bonis ipsius Burcgrauii competit, vel competebat, aut competere videbatur. Hoc saluo: quod sepedicta domina Maria et sui liberi, si *filium* ipsius *Burcgrauii* sine herede masculo decedere contigerit, in bonis, alias nostris litteris sufficienter expressis, iure hereditario succedent eidem. In cuius rei testimonium, nostre maiestatis sigillum presentibus est appensum. datum apud *Gamundiam*, in die assumpcionis virginis gloriose Marie, Anno domini MCCLXXX septimo, Regni vero nostri Anno XIIII.

Original im Königl. Bairischen Reichsarchive.

*) Vgl. Nr. CCCXIII.

CCCXVIII.

16. September 1287.

König Rudolf genehmigt, dass die Misshellungen der Brüder Ludwig und Heinrich Pfalzgrafen zu Rhein und Herzogen von Bayern durch acht Schiedleute und durch Bischof Heinrich von Regensburg und *Burggraf Friedrich von Nürnberg*, als Obmänner, erledigt werden sollen.

Datum Giengen, am Eritag vor Sanct Mattheus Tag, anno 1287.

Lang Reg. Boic. IV. p. 347; vgl. Oefele S. R. B. II. p. 104 sq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

CCCXIX.

7. November 1287.

Ludwig und Heinrich Pfalzgrafen zu Rhein und Herzoge in Bayern bekennen, dass sie, nach des Römischen Königs Satzung d. d. Giengen, durch zehn Schiedleute und den Bischof von Regensburg und den *Burggrafen von Nurmberg,* als Obmänner, miteinander verglichen worden.

Gegeben ze *Regenspurg,* do von unsers Herrn Gepurde waren tausennt Jar zwayhundert Jar und in siben und achtzigisten Jare, des Freytags vor Sant Martens Tag.

Oefele S. R. Boic. II. p. 106 sqq.

CCCXX.

Bischof Arnold von Bamberg belehnt den Herzog Meinhard von Kärnthen mit der ihm von dem Burggrafen Friedrich von Nürnberg aufgelassenen Veste Löwenberg.

13. November 1287.

Nos Arnoldus dei gratia Babenbergensis Episcopus recognoscimus presencium per tenorem, quod illustri et magnifico Principi domino Meinhardo Duci Karinthie et suis heredibus, ob eorum deuota et fidelia obsequia, que nobis et nostre Ecclesie exhibuerunt et adhuc exhibere poterunt, et ob sinceritatis fiduciam, quam ad eos gerimus, ac propter preces spectabilis viri *Friderici Burgrauii de Nurenberg,* amici nostri predilecti, Castrum *Lewenburch,**) quod idem Burgrauius, coram domino nostro Rudolfo Romanorum Rege, nostre Ecclesie vacare probauerat, et quod sibi per venerabilem dominum Bertholdum, nostrum predecessorem, collatum exstitit, cum nos requirendos duxerint, conferemus. Dantes presens scriptum in testimonium Super eo. Datum Aurah, Anno domini MCCLXXX Septimo, in die Beati Bricii.

Vidimirte Copie im Königl. Bairischen Reichsarchiv.

*) *Löwenberg* in Kärnthen. Vgl. Nr. CCCCIX.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf